remittit scz quantū ad penam que iā dimissa sunt·scz quantū ad reatū p gr̄am debilitat scz fomitē·remouet scz accidiaz·exercitat scz hominē in assuefactōne boni·atqȝ repellit scz tēptatōes dyaboli· Nota ꝙ primam gratiā nullus pōt mereri ꝓprie et hoc multiplici rōe Prima quia talis radicem merēdi non habet·i·gratiā·Scd̄a ꝓpter status indignitatem·quia pctōr nō est dignus pane quo vescit̃· Tercia quia nullius hois opus deo placet nisi placeat ip̄e prius·Vn̄ dicit̃ in gen̄·ꝙ deus prius respexit abel q̄ȝ ad mūera ei9· Quarta quia naturaliter an̄cedit causa suum effectū·sic et gr̄a p̄cedit om̄e meritū·cū ip̄a sit causa meritoꝝ· Ipa, enim ɓm Aug·voluntatē nr̄am p̄uenit vt velim9 et ꝓsequit̃ ne frustra velimus·Gratiā sicut supra dictū est p bonū vsum eius et merito condigni meremur augeri in via\ vt aucta mereat̃ et pfici ī patria\ et hoc a deo cuius est gr̄az infundere·Augere et pficere ɓm coopatione͞ voluntatis nr̄e·nam sicut deus est gr̄e fontale principiū influendi· sic ip̄e solus est principiū agēdi p modū infundentis·Gratia vero p modum merendi et dignitatis·sed liberū arbitriū p modū coopantis·Sicut liberum arbitriū per gr̄am meretur merito cōdigni augmentuȝ gratie in statu vie·sic etiā meret̃ merito ꝯdigni ip̄ius cōplementū in statu patrie· Qd̄ aūt ex cōdigno mereamur vitā eternā multe sunt cause·Prima est efficacia doni spūs sancti coopantis in merito·Secūda veritas dei ꝓmittētis·Tercia persuasibilitas liberi arbitrij cōsentiētis et finaliter perseuerātis·Quarta est difficultas status merēdi· Quīta est dignitas cristi nr̄i capitis interueniētis qd̄ glorificari debet cū suis mēbris·Sexta est liberalitas dei tribuētis quē nō decet parua reddere· Septima obsequiū sibi fideliter obtēperantis· Octaua nobilitas operis quod ex caritate ꝓcedit quod tantū ponderat̃ in cōspectu iudicis quantū amor ex quo ꝓcedit·ꝛ ideo nō potest sufficiēter nisi summo bono remunerari·Opa que nō fiūt in caritate licet nō valent ad vitā eternam valēt tamē ad alia multa·Vn̄ versus·Aptat cor scz ad susceptōeȝ gr̄e·minuit penā scz ad illā que deberet̃ si nō fieret illud opus nō aūt illam que iā debet̃· Cōfert bona terre scz tpalia·occupat scz ne sit hō interim ociosus·assuescit scz ad bene opandū· delectat scz mentē· mitigat scz fomitē·arcȝ scz fluxū peccati·Vltimo sciendū scz ꝙ nullū bonū erit irremuneratū ꝛ nullū malum erit impunitū

Diuisiones et differentie virtu· Capitulum·xv·

Virtutes ɓm Macrobiuȝ qn̄qȝ dicūtur politice qn̄qȝ purgatorie qn̄qȝ purgati animi qn̄qȝ exemplares·Primas docet Salomon in puer·scd̄as in eccl'i·tercias in Can̄· quartas ī deo legimus Politice nanqȝ dicunt̃ ɓm ꝙ regunt vitā humanā quo ad opa exteriora et ɓm ꝙ pugnant cōtra vicia· Purgatorie dicunt̃ ɓm ꝙ sūt iam in victoria vicioꝝ et respiciunt partim interiora partim exteriora·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-383/0181
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG